15. *καὶ τέτῳ*] quod nempe ex agro culto provenit, frumento nimirum et quicquid ex frumento conficitur. *Raph.*

16. De aedificiis cf. nota ad cap. 30, 9. De Ichthyophagorum corporibus Diodor. XVII, 105. hoc dicit: Ungues a primo aetatis ortu ad ſenectutem usque excreſcere ſinunt, et crines inter ſe conſtipatos alunt. Color propter ſolis fervorem aduſtus, et pelles ferarum pro amictu ſunt. Vel ut Curtius dicit IX, 10, 9: prominent ungues nunquam reciſi, comae hirſutae et intonſae ſunt. cf. nota ad 24, 9.

XXX. Κήτεα δὲ μεγάλα 1
ἐν τῇ ἔξω θαλάσσῃ βόσκεται,
καὶ ἰχθύες πολλῷ μέζονες ἢ
ἐν τῇδε τῇ εἴσω· καὶ λέγει 2
Νέαρχος, ὁπότε ἀπὸ Κυΐζων
παρέπλεον, ὑπὸ τὴν ἕω
ὀφθῆναι ὕδωρ ἄνω ἀναφυσώ-
μενον τῆς θαλάσσης, οἷά περ
ἐκ πρηστήρων βίᾳ ἀναφερόμε-
νον· ἐκπλαγέντας δὲ σφᾶς 3
πυνθανέσθαι τῶν κατηγεομέ-
νων τοῦ πλόου ὅ,τι εἴη καὶ
ἀπὸ τοῦ τοῦτο πάθημα· τοὺς
δὲ ὑποκρίνασθαι ὅτι κήτεα
ταῦτα φερόμενα κατὰ τὸν
πόντον ἀναφυσᾷ ἐς τὸ ἄνω
τὸ ὕδωρ· καὶ τοῖσι ναύτῃσιν

XXX. Cete vero ingentis magnitudinis in exteriore mari naſcuntur, piſcesque multo majores quam in hoc interiore. Scribit etiam Nearchus quum ex Cyizis navigarent, ſub auroram vidiſſe ſe aquam ſurſum e mari efflari, et tanquam turbinibus violenter in altum efferri, perculſosque (ſpectaculo rei) nautas percontatos eſſe ex ducibus navigationis quidnam eſſet et a quo fieret haec res, eosque reſpondiſſe, cete eſſe, quae in mari volutantia aquam ſurſum efflent:

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXX.

1. *πολλῷ μέζονες* — ex Opt. pro *πολὺ μέζονες.*

3. *τοῖσι ναύτῃσι* — Vox ultima non eſt in Optimo, et ſane, quum ſupra dixerit *ἐκπλαγέντας σφᾶς*, tuto hic omitti poteſt. Video equidem, mox rurſum fieri mentio-

nem

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn325550026/184
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft